

Eripiunt subito nubes cœlumq; diemq;  
Sistonoëre poli, et crebris micat ignibus asters;  
Presentemq; viris intentant omnia mortem:  
Sic tamen regius puer semper Dux et summus Protector  
fidelibus suis additit, nec eis ullis fluctibus demorari percessus  
est. Quid? quod nec permisurus sit a decumanis persecu-  
tionum fluctibus obrui navem Ecclesie sue, licet undique con-  
spirent procellæ in eis exitum. Damus non inviti Ecclesiam  
supra Petram Christum fundatum quassari posse; non dama-  
posse moriori. Sic enim ipse in promissis habet, fore, ut usq; ad  
consummationem seculi nos non derelinquant. — Longissime Sol  
brumali hoc tempore a nobis distare adhuc videtur, inter-  
im tamen terre in perigeo proximus est: oemellum in modu-  
lo justitia proximus est Ecclesia, circa idem tempus mundo il-  
lucens, ubi remotissimus apparet. Mirabilis tandem aliquid  
regio fungetur officio suo TESULLUS, quum hoc universum dies  
ille dissipabit, quo mundus, qui finem nondum habuit, nec habet, est ha-  
biturus: quo omni carne in flammâ judicata hostibusq; ad  
scabellum pedum suorum positis de novo quasi sceptrum in in-  
finita longa aeternitatis secula gerere incipiet. Videntis, stu-  
ditores, ob quas potissimum causas Puer nobis natus, et Fi-  
lius nobis datus a Prophetâ fuerit dictus MIRABILIS,  
ipseq; hodiernum a pio fidelium ore MIRABILIS voritetur.

Strena.

Silum nunc abrumperem, nisi hoc ipso tempore, quod frequentari  
ad huc strenæ solent, pro more inveterato esset strenandū;  
principis ubi laudabilis ille mos a Romanis natales suos re-  
petat, utpote quid quos strenarum diem inter principia se-  
lenitatum festa fuisse antiquitatum Rom. Samoxanii  
memoria produnt. Memorant autem inter alia quamplu-  
rima, hunc morem Romuli negotios quotidiani observare  
ut superioribus inferiores, patronis clientes strenas missitarent.  
Hoc sicut mos, eadem consuetudo aunc mihi hodie vellicat,  
et Venerabili Auditori, post hoc, quod non ita pridem TE-  
SULLUS aperuit, novennium strenam aliquam offeram.

Cerum offero Vos, Venerandi Dr. Auditores, ut ipsi di-  
ctis, qualem a me in summa hac rerum inopia expectatis  
strenam? Aurum non habeo, argentum non possideo,  
gemmae non teneo. Non, non mihi  
ingens de cista repleta exsurgit opum vis.